

quandoque dormitat Homerus. Vel pro excedere vita, in quam significationem sumit dormire & dormire, vt ait Chryso-
 Mat. 27. Dormitauerunt omnes, & dormie-
 runt. Hoc est mortui sunt omnes illi ante
 diem iudicii. Et capite 2. libri 3. Regum:
 Dormiuit Dauid cum patribus suis. Et
 Math. 27. Multa corpora sanctorum, qui
 dormierunt, resurrexerunt. Et 15. prioris
 ad Corinthios: Ex quibus multi manent
 vsque adhuc: quidam autem dormierunt.
 Erunt igitur sensus verborum Nahum: Mi-
 grabit ex vita Rex Assyriae pastores tui
 & magnates. Vt sit praeiteritum pro futu-
 ro. Huic expositioni fauet, quod proxime
 sequitur. Sepelientur principes tui, vt
 sit prioris explanatio. Ac si dicat: Facile
 vincet Babylonij, quandoquidē in prin-
 cipio Belli morientur nobiles tui, & tu-
 mulis mandabuntur. Vel ita: Tantus
 erit pastorum, ac duccum tuorum pavor,
 vt maneant stupidi veluti dormientes, &
 quasi mortui, atque sepulti.

¶ *Lacitauit populus tuus in montibus.*
 Hoc est metu percultus fugiet ad loca as-
 spera, quae videantur ab accessu hostium
 iuta, vbi erunt multi dispersi, & in variis
 locis absconditi. Et non erit Dux, qui eos
 congreget, & adiuet: percusso enim pa-
 store dispersuntur oves, vt scriptum est
 capite Zach. 13.

¶ *Non est obscura contritio tua.* Id est, nō
 erit occultus dolor tuus. Loquitur cum
 Assyriorum rege.

¶ *Pessima est plaga tua.* Vulus tuū erit
 grauissimum, summa erit calamitas tua.
 Simili modo Ieremias capite 30. inducit
 Deum cum populo Israelitico ita loque-
 rem. Insanabilis est fractura tua, pessima
 est plaga tua. Deus vult homines ad se ad-
 ducere aliquādo dulci: beneficiorū aqua:
 sed illi magis ea durescunt similes ceræ,
 quæ aqua redditur durior. Vidēs autem
 id Deus, eos liquefacit igne calamitatis,
 vt aut conuertantur ad ipsum, aut alius in
 exemplū proponantur. Id quod fecit Ni-
 niuitis. Sumptur igitur plaga hoc loco, p
 calamitate. Potest iumi pro peccato obli-
 tionis, de quo illud intelligitur Mich. j.

Desperata est plaga eius. Et pro quocūq;
 peccato mortifero, vt Ierem. 10. Vx mihi
 super pessima plaga mea. Et Esa. 1. Vulus
 & liuor & plaga tu mens nō est circumli-
 gata. Vnde per decē plagas Aegypti pec-
 cata contra decem Dei praecepta signifi-
 cantur. De plaga significationibus vide
 Origenem homilia 8. in Leuiticum, & 4.
 in Exo. Hieronimum in cap. 1. Elaiæ, Gre-
 gorium in cap. 6. lib. 1. Reg. Basilij homi-
 lia habita in Lacizis, Augustinum de pla-
 gis Aegypti 6. homilia, Hysichium in Le-
 uiticum, Bedam in Exodum, Chryso-
 stomum aduersus Iudæos oratione quinta.

¶ *Omnes qui audierunt audiuero tuā, compresserunt manum super te.* Vel vt
 alij habent codices, cōpulerunt manum
 super te. Hoc est. Quicumque audierint p-
 niciē tuā, & famam calamitatis tuæ: Ad
 Assyriorū Rex, non solū non medebuntur tū
 bi, nec afficientur merore, sed etiā gestiet
 letitia, q̄ manum sonitu & plausu signifi-
 ficabunt. Solent enim, qui gaudio effertur,
 plaudere manibus. Vnde Dauid Ps. 46.
 Omnes gentes, inquit, plaudite manibus,
 iubilat Deo in voce exultationis. Quibus
 verbis, apostolorū cetus gaudio exultans
 ob victoriam adeptam, veramque reli-
 gionē toto terrarum orbe propagatam,
 omnes nationes hortatur ad plausum, &
 gratias Deo agendas, eius quæ laudes ce-
 lebrandas. In hanc significationem sum-
 mitur ab Esaia capite 55. cum ait: Om-
 nia ligna religionis plaudite manu, per
 ligna regionis homines intelligens. Et
 Threnorum secundo: Plauserunt super
 te manus.

¶ *Quia super quem non transiit malitia tua semper.* Hoc est, quoniam semper
 omnibus infestus fuit, & inimicus. Ac
 offendens omnes non das operam, vt à te
 læti & læcivitu aliquo tuo publico benefi-
 cio possint offensionem obliterare. Sed di-
 ces: Si Deus sciebat fore, vt Rex ille Assy-
 rius homines affligeret, cur hoc ordina-
 uit. Quia sciebat eos futuros esse tales, vt
 mererentur affligi ob eorum scelera, vel
 quia cū essent virtute præditi, illius in
 ob tolerantiam præmium comparaturi
 erant. Vt nō est reprehendendus magister

Iere. 10.
 Esa. 1.

Exod. 4.
 Origen.
 Hieron.
 Gregor.
 Basilijus.
 August.
 Hysich.
 Beda.
 Chryso.

Psal. 46.

Esa. 55.

Thre. 2.

Similitu-
 do.

Na quōd

Chryso.
 Mat. 27.

3. Re. 2.
 Mat. 27.

1. Co. 15

Zac. 13.

Iere. 30.

Similitu-
 do.

Mich. j.